

XXVII. MEDIOLANIVM.

638* Mediolani in quadam basi apud S. Dominini fanum.

ioui | iunoni | mineruae | q. licarius |
festius | u. s. l. m

Finxit Felicianus Med. n. 11. Inde Ferrarinus (Trai. f. 63; Reg. n. 21) et Mur. 12, 9 ex schedis Farnesiis.

639* Mediolani in domo M. Gerardini [Ugolini FERR.] Guardabasso loco privato.

ioui iunoni proserpinae | quiescant mortui
l. centinio basso | uixit ann. xi m. iiii d. x |
m. centinio rhupho uixit ann. iiii d. sex |
c. centinius bassus pater et sibi u. f

Finxit Felicianus Med. n. 2; inde Ferrarinus (Trai. f. 61; Reg. n. 6) et Mur. 1147, 7 ex schedis Farnesiis.

640* Mediolani apud S. Nazarium in basi.

diis ☉ man | l ☉ reyno phi|leto amatori

Felicianus cod. Tarv. f. 77' n. 24. Nemo praeterea novit nec postea repetiit ipse auctor.

641* Mediolani inventum in fundamentis quibusdam.

baccho dionysio | nysaeo p. lepidus bibulus |
u. s. l. p. ea lege ut bromio iacho | quotannis
asellus pro sileno | patre hostia litetur li|bera
libero genii ingenii et deorum pa|tri intonso
thyrsis ornata he|deraue die festo bacchanalium |
spectaculo aedito publico epulo|nib. et bibulis
euchii lyaei quis | potus ab herede dabitur
opipare | ad ebrietatem clamosis euan hoe |
bacche ita p. lepidus bibulus heredem | gravat

Redianus f. 76' Med. n. 1; Marulus n. 38; cod. Ambros. C. 61 f. 85 (inde Mur. 1808, 2 ex schedis Ambros.).

Do ad Redianum.

642* Mediolani sub statua Liberi.

ingenii cultor | et | pater uatum

Ferrarinus cod. Reg. inter Med.; inde Mur. 42, 3 ex schedis Capponiis. Lusus magis est quam fraus.

643* Mediolani.

uester ego insubres iaceo hic sub marmore uester
laeuinus lyciae gloria gentis eram
quid mihi honos quid opes uirtus me sola beaut
qua mortalibus et coelitibus placui
quae fuit in terris uestri mihi cura salutis
in superis eadem nunc quoque cura mihi est

pontius hic pariter sua conuicarius ossa
hic cum laeuino iussit humanda suo
ut quos uiuentes animus coniunxerat idem
defunctos eadem iungeret urna duos
flete uirum quicumque illo superestis adempto
gaudete ob ciuem diique deaeque nouum

Ferrarinus cod. Reg. Med. n. 2. 3; inde Mur. 712, 7 ex schedis Farnesiis et Capponiis. Non falsa, opinor, sed recens.

644* Titulum Augusto ob gentes Alpinas devictas dedicatum relatum apud Plinium h. n. 3, 20, 136 Alciatus in inscr. Mediol. (add. cod. Dresd. l. 2 f. 89) refert tamquam ex ipso lapide, qui extet in plebe Levontina ad Ariolum [Airolo in valle Leventina] haec adnotans: 'extat adhuc arcus... qui etsi... vitiatus perforatis notis fuerit, legi tamen possunt, maxime ab iis qui Plinium l. 3 c. 20 viderint, apud quem tamen *Hisarci* corrupte legitur pro *Mesauci*'.

645* 'Aureolum Claudius apud eum pontem interemit, qui nunc Pons Aureoli nuncupatur atque 'illic ut tyrannum sepulchro humiliore donavit: est ibi (extitit *libri*) etiam nunc epigramma Graecum 'in hanc formam: *Dono (dona libri) sepulchrorum victor post multa tyranni*' et cetera. Haec Trebellius Pollio trig. tyr. c. 11. Ponte Aureoli cum Mediolanienses sibi persuasissent significari oppidum Pontiorum, Alciatus (apud Valerium) relatis Latinis Pollionis sic pergit: 'nos sane 'diligenti cura apud Graecos *ἐπιγραμματοποιους* quaesitum non invenimus; verum ne omnino 'periret, quod superfuit ex Pollione adscribendum curavimus. Quamvis hunc in modum adscribi 'potuit:

Δωρα ταφῶν βασιλεὺς μετὰ Κλαυδίου ἀλκῆν
Αυρεολῶν Ἰννητῶν ὡς Ἰεμῆς ἐνδίδοσι
Τῷ γὰρ κὶ ζῶντι ἀλλ' οὐχ' ἐπέλησε φρονήμα
Πᾶσιν ἐπιρρητοῖς ἀντιβίον τοῦ στρατοῦ
Κεῖνος δὲ οἰκτιρῶν κὶ σώματος ἐσχάτ' ὀπίζων
Αυρεολοῦ γεφυρᾶν εἰσατο τὴν τε ταφὴν

Eadem repetivit in codice Dresdensi l. 2 f. 12, nisi quod ibi praemisit Θ·Κ et haec mutavit l. 2: *Κλαυδίου Αυρεολῶν μετὰ δῆμιον Ἀρεᾶ Καίσαρα τὰ κτερεὰ Ἰννητῶν* seq., 4 *τοῦ στρατοῦ ἀντιβίον* et in margine Hippopotamum adpinxit intra serpentem ore caudam tenentem cum subscriptione ΑΥΡΕΟΛΟΣ, citans de anaglyphis Horum in Hieroglyphicis, et adiecit versionem Latinam: 'Claudius Aureolo post Martia proelia Caesar Pro mortali hominum iure sepulcra dedit; Huic quoque vel vitam. Sed non contraria pravis Omnibus hoc prudens militis ira tulit. Ille igitur clemens, dum corporis ultima servat Qui pontem Aureoli dedicat et tumulum'. Haec cum fines meos excedant, ideo adieci, quod viri Graece docti versionem Alciatinam editam a Grutero 163, 2 aliisque miro errore adhuc quod sciam tractarunt quasi antiqua esset; v. C. I. Gr. III n. 6761 quique ibi citantur.

646* Mediolani.

marti grad | l. calpurnius a. f | ouf. se-
renus | ueteranus leg | x. aug. u. s. l. m

Ligorius ms. Taur. 11.

647* Mediolani.

m. arterio m. f. fab. primitiuo | praef.
fabr. scambillariorum | theatrens. patr////
///// | q. arterius q. f. fab. porcius praef |
fabr. ferrariorum leg. iiii ital | ex t. f. c

Ligorius ms. Taur. 11.

648* Mediolani?

l. furio l. f. pal. uictor | praef. praet. imperat. omnium | honorato et donato in | pro-
uinciam parthiam | et l. aur. aug. coron. murali | uallar | hasta pura sine uixillis | ob-
sidionali|que corona donato pr. aegypti | praef. urb | procos. a rat. praef. praetor. missu |
rauennatium procos. ludi magni | proc. prouinciae | hispaniae et gall. praef. alae | fron-
tonianae | trib. legionis ii adiutrici. 7 coh | bracarum in britanniae

Ligorius ms. Taur. 15.